



IN L I R E R

CONSTITV TIONVM, SI-

VE STATVTORVM A

valde Illustri, ac Reuerendissimo Do-
mino D. Petro Frago Oscensi Episcopo,

ad commodam, honestamq; gubernatio-
nem puerorum qui in Seminario in ido-

neos Dei ministros non dubio Pastorum
Principis auxilio ad eiusdem gloriam,

manifestamq; christianæ Reipub. utili-
tatem, sanctissimis orthodoxæ fidei &

religionis, bonarumq; literarum stu-
dijs formantur diligenter, & in-

stituuntur, confecta,
anno Domini

1580,

✠

O S C Æ,

Excudebat Ioannes Perez à Valdiuieslo

Oscensis Academix Typographi,

anno à Virginis partu

1582.

ORDINATIONES, SIVE STA-
 tuta Collegij in Vrbe, atiquissimoq; ac perinde floren-
 tissimo disciplinarū omniū Oscēsi emporio, pientissimo catholici
 inuicissimiq; Philippi, hoc nomine secūdi, Hispaniarū, ac Portuge-
 li Regis studio, Apostolica verò facultate, paternaq; munificētia,
 à valde illustri, ac R. D. Perro Frago Oscēsi Episcopo, iuxta Tri-
 dentinam Synodū, anno 1580. Ad magnum christiana religionis,
 diuiniq; cultus augmentum feliciter erecti, vt in eo perpetuum sit
 & fecundissimum ministrorum Dei Seminariū, vt esse iam hūc
 duob; annis ob sanctissimā & pietatis & literaturę, quę in eo sunt
 exercitia, & ex admirabili Collegarum, Comitorumq; sanctimo-
 nia, ac doctrinæ profectu viūtur, secundūq; in dies adiu-
 uante Domino, ex tam honestis salubriūq; studijs
 locupletius multò, bona fide ab omni-
 bus speratur, effectum

iti.



DIRECTA est Illustrissimorum octo
 Cardinalium, qui autoritate Apostolica ad explicā-
 das dubitationes, siue difficultates Tridentinæ Sy-
 nodi, deputati sunt 18. c. Sess. 23. genuina declaratio
 valdeq; opportuna.

Annexū quoq; ad calcē harū cōstitutionum est S. D. N. Gre-
 gorij, huius nominis, XIII. Rescriptum, quo & declaratio prædi-
 ctorum octo Cardinaliū cōfirmatur: & D. Episcopo facultas Apo-
 stolica tribuitur, quosuis rebelles & contumaces, per censuras pœ-
 nasaq; Ecclesiasticas coercēdi & castigandi, cuius tenore manifeste
 intelligitur, qua demum ratione, & per quos prædictum Semina-
 rium regi debeat & gubernari.

Annexa quoq; est Parænesis quadam siue exhortatio pia, val-
 deq; salubris, qua qui in eodem sunt Seminario imbuūtur pariter,
 & excitantur ad digne reuerenterq; sacrosanctum Eucharistia sa-
 cramentum suscipiendum & frequētandum.

DE OFFICIO
EIVS, AD QVEM SPE-
ctat Regimen ipsius
Seminarij.



REGIMEN ac mode-
ratio Seminarij spectat ad
valde Illustrem & Reue-
rendissimum Dominum
Episcopum Oscensem,
eiusq; successores cum cō-
silio tamen duorum Cano-
nicorum, seniorum & gra-
uiorum, quos idem Domi-
nus Episcopus debet eligere iuxta concilium Triden-
tinum, Sess. 23. c. 18. de Refor.

- 2 Idem Reuerendissimus Dominus Episcopus requi-
sito dictorum duorum Canonicorum consilio, & quā-
rum sat erit, expectato: quòd eiusmodi concilij requi-
situs facienda quidem est, non tamen eorum assensus
est necessarius, eoq; vocādi quidē duo Canonici, sicuti
præfertur, vt cōsulant Domino Episcopo, ipsumq; de
his omnibus, quæ Seminario expedire iudicauerint,
syncero, officiosoq; charitatis studio commoneant.
Ad disponendum autem, regendum, gubernandum,
visitandum, & alia faciendū, quæ in Seminario agēda
erunt, summa decernendi & exequēdi apud Dominū
Episcopum remaneat autoritas, vt de his omnibus li-

berè inoffenseq; decernat, eademq; exequatur.

Eiusdē Domini Episcopi est, cōstitutiones & statuta dicto Seminario necessaria & opportuna facere, vocatis prædictis duob; Canonicis ad ea audiēda & confidēda, si quid Dominū Episcopū admonere voluerint: alioqui sua ipse autoritate eadem faciat & cōfirmet.

Quod autem de cōsilio duorum prædictorum Canonicorum exquirendo, non tamen sequēdo, superius dictū est, hoc idem in vniuersum atq; in omnib; alijs, ac singulis hisce ordinationibus, quæ hoc libello cōtinentur, perinde, ac si ibidē disertè explicatum expressumq; esset, intelligatur: ne sapius hoc atq; etiā superuacaneę reperatur atq; inculctur. Præsertim cū sanctissimus Pontifex Gregorius, intellectas nonnullas quorūdam contradictiones nō modo inutiles, sed etiā perniciosas, sacreq; Tridētinæ Synodo cōtrarias, sublaturus. Ita c. 8. Sess. 23. eiusdem Synodi sua interpretatione declarauit, cui ne quis in posterū temere, aut impudēter nimis repugnare audeat, & aduersari sine magna Apostolicæ declarationis inobediētiæ nota, ad calcem huius ordinationum libelli est adiecta.

Electio igitur & receptio puerorū in dictū Seminarium, receptorū & recipiēdorum, nec non eorundē reiectio siue exclusio, prouisio quoq; facienda de Primario, familiarib; & alijs personis ad obeūda singula Seminarij munia spectat ad Dominum Episcopū. Quibus quidē Primario, Magistro & familiaribus, ac alijs eiusmodi personis Reuerēdissimus Dominus Episcopus pro eorū qualitate mercedē siue salarius, constituet.

- 6 Ac proinde idem Dominus Episcopus vnum œconomum Syndicum, siue Procuratorem fructuũ, reddituum, iurium & actionum Seminarij, vel plures, si res tulerit, præstitis tamen idoneis & sufficientibus fideiussoribus, constituet.
- 7 Ad eundem Dominum Episcopum pertinet, quæ iudicauerit diruenda, diruere: & quæ reficienda, reficere, idq; pro opportunitate rerum & necessitate, atq; etiam pro facultate ipsius Seminarij.

¶ DE HIS QUÆ DEBET CONTINERE formula iuramēti præstandi per Collegas & Conuictores Seminarij, antiquam admittantur.

- 8 **P**rimũ omnium, quos Dñs Episcopus in Seminariũ recipiēdos cõsuerit, vel in posterũ cõsebit, antequã in aliorũ cõtũ aut cõgregationẽ admittãtur, iurẽt Collegarũ & Cõuictorũ parētes, vel procuratores eorũ nomine, in manib9 D. Episcopi, velle se, atq; etiã cupere, eos esse clericos, quãuis certo fore promittere non possint, nedũ iurare, spõ deantq; ipsi recipiēdi, & spõte sua deierẽt, seruatuos se omnia & singula Seminarij statuta, & vniuersa in eis cõtenta, alioqui nõ admittantur. Quod si quis aliter admissus fuerit, nec præstare voluerit, continuo ex Seminario cõsulto Domino Episcopo exigatur & repellatur.

- 9 Postea vero iurabit eorũ quilibet in manib9 Primarij, vel alterius à D. Episcopo deputandi, præsentibus alijs Collegis & Cõuictoribus, vel aliquot eorũ, natura

& testibus ad id vocatis, se omnia statuta edita & edenda
 inuiolabiliter obseruaturū. Atq; edita, sub pœna arbi-
 trario Primarij imponēda, intra duos saltem mēses à die
 admissionis suæ legere atq; perlegere, & quantū cōmo-
 dè fieri poterit intelligere curaturū. Iura & libertatē Se-
 minarij defensurū. quæ nouerit Seminario nocitura, &
 quàm citūssime poterit Primario, amicitia, odio, con-
 sanguinitate, affinitate, grā, vel fauore cuiuslibet sūmo-
 tis, indicaturū, Seminarij secreta nullo modo cuiquam
 extra Collegiū enuntiaturū. Et postquā à Collegio di-
 fcesserit, neq; cōtra ipsum, nec cōtra eis cōmoda quic-
 quā per se, vel per aliū, nec in ipsius perniciē, vel factu-
 rū esse, vel fieri passurū. Quæ omnia per prædictū nota-
 riū eum die, mēse, & anno, in scripturam redigātur, ac
 per Primariū in libro ad hoc destinato omnia hæc de-
 scribātur. Ego N. iuro me seruaturū omnia statuta fa-
 cta & faciēda huius inclyti Seminarij, eadē lecturū, &
 pro mea virili intellecturū, iura libertatē, cōmodaq;
 omnia Seminario cōciliaturum, ac defensurū: quæ no-
 uerim eidē Seminario, vel p̄ futura, vel nocitura omni
 humano fauore & respectu reiectis indicaturū. Prima-
 rio & Magistro debitā reuerentiā & obediētiam ubiq;
 præstiturū, & postquā à dicto Seminario exiero, nulla-
 tenus eidē contrauenturū, aut quoquomodo nocumē-
 ti aliquid, vel nominis denigrationem moliturū, vel
 fieri consensurum. Sic me Deus adiuuet, & hæc sacro-
 sancta Euangelia.

DE QUALITATIBVS COLLEGA-
 rum & Conuictorum recipiendorum.

Quis:

Forma iur-
 ramenti
 quod præ-
 stari de-
 bet ab ijs
 qui admi-
 tedi sunt
 in Colle-
 gas & Cō-
 uictores
 ad Semi-
 narium.

10 **Q**ui vero in hoc Seminario recipiuntur, ad minimū duodecim sint annos nati, nec maiores viginti duobus, & ex legitimo matrimonio, iidemq; legere & scribere cōpetenter nouerint. Quorum indoles & uolūtas sp̄e afferat, eos Ecclesiasticis ministerijs perpetuō lubēterq; inseruituros: qui tamē pauperū filij sint, & in Offensu Episcopatu nati, quamuis ditiorum filij, non inde excludantur, modo suo alantur sumptu, & corporis sanitate, bonisq; moribus fuerint præditi.

11 Ut verò in disciplina Ecclesiastica cōmodius instituatur, tōtura statim, atq; habitu clericali coloris uiolacci pileoq; siue birreto nigro semper utatur, Grāmatices, cātus, cōputi Ecclesiastici, aliarūq; bonarū artium disciplinā discēt, sacrā scripturā, libros Ecclesiasticos, homilias sanctorum, atq; sacramētorum tradendorū, maxime quæ ad cōfessiones audiēdas uidebuntur opportuna, & rituum, ac cæremoniārum formas ediscant.

12 Curet Episcopus ut singulis diebus missæ sacrificio intersint sicuti salubriter Tridētina præcipit Synodus, ac saltē singulis mēsibus cōfiteantur peccata, & iuxta cōfessoris iudiciū sumāt corpus Dñi n̄i Iesu Christi. Quoniā uero qua pietate & reuerētia & sumere debeāt & frequētare, Dominus Episcopus in sua diffusius tractat Parænesi, Collegæ Conuictoresq; ad eam legendā in calcē huius libri remittuntur. Cathedrali & alijs locis pijs diebus festis inseruiant. Quæ omnia, atq; alia ad hanc rem opportuna & necessaria Episcopus prout Spiritus sanctus illi suggererit constituet, eaq; ut semper obseruentur sapius uisitando operam dabit.

8
ORATIONES.
DE INDUMENTIS COLLE-
gis ipsis septennio sibi permanse-
rint ~~per~~ uendis.

13 **C**ivis Collegarum, si toto septennio in Semina-
rio perstiterit, duæ lobæ, quas supra diximus,
exteriores nempe vestes impensis ipsius Seminarij ef-
ficientur. Vna, primo statim in Seminarium ingres-
su, Altera verò quadriennio iam expleto: quantū vero
ad interiores vestes & calceamenta pertinet, quia te-
nues sunt & exigui adhuc ipsius Seminarij redditus, sum-
ptus verò atq; impensæ multæ, partim in his alendis,
atq; sustentandis, partim in reparando, amplificādoq;
Seminario, ijs demum ea ratione suppeditentur, qua
Domino Episcopo pro parētum ipsorum facultate, &
emolumentorum, siue fructuum ex eorum locis per-
ceptorum, quantitate debere fieri videatur.

14 **V**t vero exterius indumētum, siue loba violacei co-
loris Collegis Seminarij impensis tribuitur, vt supe-
riore capiulo explicatur, ita Conuictores idem exte-
rius indumentum, siue lobam eiusdem coloris, cate-
raq; ad vestitum necessaria præter victum statuto pre-
cio constitutum, è suo sibi suppeditabunt, interius ta-
men, quam sotanam vocant, vnà cum manicis nigrū
esse potest. Hæc atq; etiam lectum & vniuersa alia quæ
eguerint comparabunt, reportaturi lectum suum
egredientes è Seminario, nisi ipsum Seminario volue-
rint donare, ob gratam mansionis, & accepti in eo be-
neficij memoriam.

¶ QVOMODO VESTIRI DEBEANT
Collegæ & Conuictores.

15 **H**oc etiam Collegæ & Conuictores diligenter ad
moneantur, vt simulatq; ex auditorijs, vel aliunde
fuerint reuerſi, exterius veſtimentum, quod appellant
lobam, exuant continuo potiffimum autem Collegæ
quauis extra Seminarium, ſine eo, nullo modo ire poſ-
ſint, nec diuagari. Quod ſi quis intra muros Oſcenſes,
vel extra cum pallio, quod capa dicitur coopertus in-
cedere auſit, illum quicumq; de Seminario, qui ſic in-
cedentem viderit, Primario denūtiabitur, vt pœna eius
peccati, digna, ipſius Primarij arbitrio imponēda ple-
ctatur, quod ſi huiuſmodi teſtis falſo aliquē accuſaue-
rit, vbi cōpertum fuerit falſum teſtimonium, vel ca-
lumnia, præter aliam pœnam, quæ iniungenda vide-
bitur Primario, duobus, aut tribus diebus reliquis in rē
ſectorio comedentibus, inferuiat. Ipſe verò in pane ſo-
lum & aqua ſalutarem agat pœnitentiam, vel eo gra-
uiorē, vt iuxta menſurā delicti, ſit & plagorū modus.

¶ DE OFFICIO PRIMARIJ.

16 **P**rimarius, ſiue Rector eligatur, ſiue aſſumatur, qui
in aliqua facultate gradum aliquē obtineat, & tri-
geſſimum annum attigent, idemq; ſcientia præditus
ſit, ſed etiam, ac potiffimum morum, vitæq; integri-
tate polleat, ne fortè, vt Simonidæ vicia Alexander
Magnus, ita Primarij, ſi qua habuerit, ſequantur Col-
legæ.

legæ, eisdemq; tenaciùs inhæreant, quin etiam si com-
modè fieri potest, sacro presbyteratû ordine sit insigni-
tus, qui & frequens missæ sacrificiû celebret his, & suo
laudabili exemplo pueros in formibus adhuc incõpo-
sitisq; affectibus obnoxio ad verû, sincerumq; fidei lu-
men, exactorumq; morum normam instituat diligen-
ter & prouehat.

- 17 Primarij officiû erit, Collegas & Cõuictores aliosq;
Seminarij ministros constitutiones ab eisdem ob-
seruandas edocere, ac pro tẽporis necessitate & oppor-
tunitate, ipsis proponere & declarare, vt vnusquisq;
eorû norit, quid capeffere, quid declinare debeat. Tur-
pe siquidem, ac periculosum videri posset, ignorare
eos, ius ordinationesq; ipsius Seminarij, in quo versen-
tur, ad cuius normam debeant componi, vt Scæuola
Iurifconsultus Sulpitio ciui R. O. l. 2. D. de orig. Iuris di-
xisse fertur

- 18 Primarium vniuersi Collegæ, Conuictoresq; ac mi-
nistri, tanquam domui præpositum, verumq; cõsti-
tutionum & statutorum, diligẽtemq; rerum omnium
Seminarij custodem venerari & diligere debent, si se-
cus fecerint (quod absit) pro qualitate irreuerẽtiæ, vel
delicti puniantur.

- 19 Curabit Primarius vt vniuersi Collegæ & Cõuicto-
res pro captu & habilitate facultatis suæ, integris in-
terfint lectionibus, easdemq; domum reuersi, recolâr,
crebraq; repetitione molliant, salubriusq; coquant, vt
maior sit copiosiorq; eorum profectus, quo perfectius
quod à suis lectorib; audiuerint, beneq; intellexerint.

- 20 Si quid minus aptè domi fieri contigerit, Primarius id secundum statuta & constitutiones coercebit & puniet, quod si tale fuerit, vt grauiore animaduersione indigeat, ad Reuerendissimum Dominum Episcopum deferat, ad quem grauiorum, siue atrociorum delictorum castigatio potissimum pertinet, atq; spectat.
- 21 Primarius petenti à se cōmeatum, siue licentiã agrediendi è Seminario, cognita & maturius examinata causa, libere concedat, non tamen vni, sed illi talè associabit, siue Collegam, siue Conuictorem, qui sic egredientem in officio iugiter foris continerè possit & valeat. Ea q; facultas non verbo, sed scripto dabitur, ac ne vagandi sit locus, nō nisi ad certam horã reuersuris, stabitur testimonio ianitoris, qui egressus introitusq; videt.
- 22 Primarius Seminarij aditum omnibus illis præcludendum curabit, de quorum colloquio, suspectaq; cōuersione Collegis & Conuictoribus contagionis aliquid transfundi possit, atq; hærere. Ac proinde nemo Collegarum, aut Conuictorum cum quopiam in cubiculo inconsulto Primario tractet quidquã, aut colloquatur, præsertim si eius conuersatio suspecta fuerit, & à Primario, aut Magistro prohibita, sub pœna à Primario ipso contumacibus infligenda.
- 23 Illud præterea erit maximopere curãdum, vt inter Collegas, Cōuictores & ministros, pax perpetua, & vera fraternitas obseruetur, ita vt mutuo sibi lubenterq; obsequantur, & par mutuumq; benevolentia & charitatis officium præstent sibi, atq; exhibeant: ac proinde nequaquam patietur Primarius vlla eorū, vel iurgia, vel

rus, vel rixas, vel inhonestas contentionem manere impunitas, quin potius si minores fuerint, fustibus in eos animaduertet, si maiores in neruum eos, aut vincula cōijciat, aut alia qua videbitur ratione castigabit, vt vnuerſi ſint in officio, ac diſidentes continuo conciliet, vel tergiuerſantes & reuētes cōſulto Domino Epifcō po, cuiuſq; iuſſu, eoſdem à Seminario, inſiſta quæ videbitur pœna, expellat. Et quoniā Magiſter ſidus eſſe debet Primarij adhæc exequenda cooperarius, & adminiſter, ac proinde, ſiquid eorū perpetrari viderit, vel aliorū ſermone reſciuerit, illico Primario nūciabit, ad quem ſpectat diligens, ſeuera, chriſtiana inſtitutio & moderatio.

Dabit operam Primarius, vt Collegæ Conuiſtores aliq; domus miniſtri, magnā obſeruent in cubiculis, aliſq; Seminaris locis mūdiciē, & quā maxime fieri poterit, ne veſtibus, calceiſq; laceris, diſſectis, aut immundis, vtantur. Nec ſordidas, aut diſſuras veſtes affectent, cum ineptus incompoſituſq; corporis habitus & lutulentus, latentis in animo immūditia, ac ſordium, non dubium præſeferat indicium.

¶ OMNES IN SEMINARIO

Latinè loquantur.

ILLud etiam à Reuerēdiſſimo Domino Epifcō ſalubriter præcipitur, vt Collegæ Cōuiſtores atq; etiā Familiares, qui id præſtare poterūt, non niſi Latino ſermone intra clauſtrum Seminarij, vtantur, vt aſiduo, huic colloquio aſuefacti, facilius Latinam linguam dicant & aſſequantur, qui ſi facere neglexerit, à Pri-

mario ipsius arbitrio puniatur, tantoq; grauius, quāto maior erit irreuerentia eius & contumacia, nec ab hoc numero quisquam præter Primarium & Magistrum censeatur exclusus.

DE NOMENCLATORIBVS sive delatoribus.

26 **Q**uoniam vero in quavis Vniuersitate, ac Repub. bene instituta sui sunt ministri & officiales præter eos qui supremum habent earum regimē, & vt cæteri omittantur nonnulli sunt nomenclatores, qui aliorum nomina, vel descripta habent, vel in memoria, eosq; nominatim vocare solent. Vnde ea vox originē ducit, dicunturq; quasi nominatores quod recenseant aliorum nomina, iisdem etiā dicuntur delatores, quod eos ob delictum, vel culpam aliquam deferant ad superiorem, & accusent. Quoniam igitur in eiusmodi Collegio esse debent, qui cōmissa à Primario, sive Magistro prouincia cæterorū nomina tenere debent, qui in Seminario in bonos Dei eiusq; Ecclesiæ ministros instituuntur, quos, si ab officio exercitiōue suo cessauerint requiruntur vt absentes, eosdemq; vt delinquētes norant, ac proinde delatores vocantur, & notatores à deferendis norandisq; eorum culpis. Quia vero iniunctum est à Domino Episcopo superiori ordinatione, vt vniuersi Collegæ & Conuictores, atq; etiam familiares non nisi Latinè loquantur, aut Græcè, in claustro Seminarij, & quam maximè fieri poterit etiā extra, adsintq; non modo sacro missæ sacrificio, sed

etiam in quibusuis alijs quibus adesse debent honestis exercitijs & congregationibus, bini singulis Ebdomadis die Sabbato eligantur nomenclatores, vel iuxta Collegij antiquitatem, vel vt Primario videbitur, qui iureiurando adaecti, aliorum nominibus recensendis, culpifq; delinquentium notandis, superioriq; defendendis officio suo bona fide, diligēterq; fungantur, siue neglexerint illi Latine loqui, vel præstare, quæ superius attinguntur, pœna nempe pro qualitate & mensura delictorum errantibus à Primario, siue Magistro infligatur. Multò grauius nomenclatores puniendi, si cum graui periurij nota officium suum deseruisse fuerint conuicti.

DE EXERCITIO literario.

27 **Q**uamuis in hoc Seminario assumpti, adeò tyrones in omni scientiarū genere sint, quibus nulla ratione possit iniungi, vt conclusiones aliquas statutis diebus defendāt, nihilominus tamen in Grammatica pro singulorum captu, diebus per Primarium statuendis, quæstiones aliqua, vel cōclusiones vnusquisq; singulatim, ordine antiquitatis nisi iustis de causis minime in verso, à Magistro assignatas defendet, quibus vterq; tam Primarius quam Magister, vt diligentius & fructuosius peragantur, intererit, & postquam prouectiores fuerint, singuli eodem modo in sua facultate ad præscriptum Primarij conclusiones tuebūtur,

in

in quibus tantū interesse debēt qui sunt de Seminario, alijs omnino exclusis, nisi euidēt arbitrio Primarij vtilitas Seminarij, aliter faciendum suaserit. Et si quis in hisce cōclusionibꝫ defendēdis inobediens negligēsus fuerit, à Primario pro qualitate culpæ punietur.

¶ DE MVNERE SIVE OFFICIO Collegarum & Conuictorum.

28 **S**ingulis diebus Collegæ & Cōuictores, vel antequā mane è domo egrediantur, vel post prandiū, prout commodius Primario videbitur, quindecim psalmos quos vocant graduales, recitent. Illud etiam erit omnino seruandum & exequendum, vt mane antequam auditum lectiones pergant, missæ sacrificio intersint, aut ab eisdem reuersi. Egredientes vero ad sua quosq; auditoria Hypodidascalus, siue Magister, aut Primarius eos deducendos & reducendos comitabitur. Sed delectus lectionum, quas quisq; pro eruditione debet audire, ad dictū Reuerēdissimū Dominū Episcopū pertinet, preuia tamen informatione quæ per Primarium & Magistrum de cuiuslibet eorū ingenio, capiti & sufficientia fieri debeat.

29 **A** prandio reficiendarum virium gratia honesto quopiam inter se sermone, & mutua confabulatione, vel aliquo pro ratione tēporis ludo, cuiusmodi est, ludus pyramidū lignearū, vel pilæ palmaria, aut scacorū exercebūtur, quod Dominus Episcopus benigne his cōcedit. Id verò Primarij arbitrio qui aderit moderandum

dum committit, nullo tamen deposito premio, præter animi recreationem, idq; non quotidie, sed v. alternis diebus, vel temporibus à Primario constituendis.


- 30 Hi Primario totius domus præposito ac Rectori, in omnibus obsequantur: & iniussu eius nihil nec facere aufint, nec dicere, vt superius dicitur. Quod si id præsumpserint, ab eodem se condigna animaduersione puniendos nouerint, de qua inferius sub Rubrica de pœnis. Sciant & domi & extra domum, in sermone, habitu, ac totius corporis moderatione specimen magnæ religionis & ciuilitatis præferre, alioqui acriter pro culpa corrigantur.
- 31 Nullum porro armorum genus quisquam in Seminario retinere audeat, nec vllum musicæ instrumentum, vel publicè, vel priuatim, nisi petita & obtenta à Reuerendissimo Domino Episcopo facultate.
- 32 Si aliqua cuiuspiam necessitas ingruerit, quæ eum urgeat, vt à Seminario & ciuitate digrediat, siue discedat, consulatur Dominus Episcopus, à quo, vel eius iussu à Primario com meatum cum expressione per quod ei tempus abesse liceat, accipiat. Ac si intra illud tempus intra quod iusta cessante causa quam instrumento publico, aut alias cogente necessitate duobus testibus, si fieri possit, omni exceptione maioribus probare debet, cum ad Seminarium reuertatur. Alioqui si fuerit Collega, ius omne, si quod in Seminario habet nouerit se amisisse: si vero Conuictor, præter amissionem Collegij ad omnes sumptus exoluendos quos eodem

cem tempore si mansisset in Seminario, potuisset facere, nouerit se teneri. Si familiaris: non admittatur. In iuitate tamen nullus extra Collegium dormire aulit, puniendus alioqui vt infra.

DE HORA ET MODO PRAN
dendi atq; cœnandi.

33 **R**euerſi è Gymnaſijs hora pro tempore præſtitu-
ta, præſuri, in primis omnes ſimul, alternatim be-
nedictiones menſæ, quæ ſingulis anni temporibus in
breviario Romano ſunt adſcriptæ, humiliter recita-
unt. Deinde ſecundum vniuſcuiuſq; antiquitatem,
vel qualitatem à Primario declarandam ordinatè ſe
debant. A quorum ſinguli vno quoq; die incipièdo ab
antiquiore Collega, vel Conuiſtore, idq; indifferentè
ſine vilo perſonarum discrimine, dum reliqui pran-
dent, euangelium aliquod, vel pars aliqua veteris aut
noui teſtamenti, vel ex ſanctorum homilijſ intelligi-
bili voce recitabitur. Anagnoſtes, ſiue lector qui hoc
recitandi officio cæteris prandèribus, vel cœnantibus
fungetur ſingulis Ebdommadiſ die Sabbatho, vt de bi-
nis nomenclatoribus conſtitutione. 26: ſtatutum eſt à
Primario nominabitur, vt prælegat quod quotidie re-
citaturus ſit, qua prælectione melius perfectiuſq; ſu-
ſcepram prouinciam obire poſſit. Quibus intermiſſis
ſi Primario videbitur conſtitutiones & ſtatuta ipſius
Seminarij ab ipſo Primario vel à Magiſtro, quã aper-
tiſſima poterunt diluciditate proponentur & explana-

b bunz



buntur, vel vt in ipse Primarius censuerit. Finito pradio eodem modo quo ante pradium gratiarum actiones ex dicto breuiario desumptas reuerenter, attereq; in Refectorio recitabunt. Vnde vna cum Primario omnes ad sacellum Deo omnipotenti gratias acturi procedent. Idem ordo feruetur horæ cœnæ, præter lectionem, quæ non habebitur nisi aliud Primario expedire videatur.

- 34 Extra Refectorium nemini fas sit prandere, nec cœnare, nisi ijs quibus urgente aliqua necessitate à Primario fuerit concessum, ientaculum autem non nisi ex præscripto Primarij quisquam accipiet, vt inferius præcipitur.

DE LECTO ET TEMPORE cundi cubitum & surgendi.

- 35 **C**ollegæ & Conuictores singuli vel bini cubent, & non plures, & non nisi ex præscripto Reuerendissimi Domini Episcopi, aut Primarij.
- 36 Tempus cubandi & surgendi Primarius pro ratione & qualitate tēporis assignabit quod tabellâ, quam ad ostium dormitorij affigendam ipse Primarius curabit, pro temporū diuersitate commonebit & ostendet.

DE MEDICO CHIRVRGO ET Notario, ac eorum salarijs.

- 37 **V**nus Medicus, vnus Chirurgus, & vnus Notarius per Dominum Episcopum nominabuntur, ad

ad infirmos Seminarij curandos, & instrumēta aliaq; Seminarij negotia conficienda, quibus salarium pro reddituum quantitate ab eodem Domino Episcopo assignabitur, Medici tamē & Chirurghi, si in dicto Seminario aliquos ægrotare cōtigerit, quoties opus fuerit: visitabunt, ita vt propter incuriam & negligētiam, nullius salus periclitetur.

¶ DE INFIRMIS, SIVE ægotis curandis.

SI contigerit Collegam aliquem ægrotare, proprijs illum impensis Seminarij Medici curabunt, & Chirurghi, pharmaca quoq; & medicamenta pharmacopola à Seminario conductus, si in Seminario ægrotus māserit, & ciuis non fuerit, aut valde pauper, ministrabit. Idēq; ægrotus in nosocomio, quod enfermeriā vocant, à cōmuni dormitorio separato per Dominū Episcopū, vt præfertur, de signādo, reponetur & curabitur. Quod si ægrotauerit Cōuictor aliquis, nec Seminarium egredi curandus voluerit, in eodem quidem valetudinario recipietur: proprijs tamen impensis & sumptibus medendus: si quid autem vltra portionem ordinariam impendatur, Seminario satisfaciet. Portio vero ei exhiberi solita dum rectē valeret, eidem infirmo minime subtrahetur, ægotis autem curandis, siue Collegæ sint, siue Cōuictores, mulieres cuiuscumq; qualitatis fuerint, neutiquam in Seminario adhibeantur.

ORDINATIONES
 DE SALARIO SVMP TV ET
 mercede pro quolibet Conuictore
 soluenda.

39 **E**isdem qualitatibus vt præfertur debent esse præditi Conuictores recipiendi, quibus & Collega. Illud tamen sciendum est, quemlibet ex Conuictoribus annis singulis pro victu debere soluere summam triginta scutorum, trecentorum nempe regalium per dictum Dominum Episcopum taxatam, si Oscensium civium sint filij, sin autem externi, non minus quam quadraginta, ea tamen lege & pacto, vt si annona aliquando carior fuerit, aut vilior, tunc liceat Domino Episcopo, tam pro receptis, quam pro recipiendis Conuictoribus illam quantitatem, pro temporum qualitate, vel augere, vel minuere.

DE MODO SOLVENDI PRE-
 cium in sustentationem Conuictorum
 constitutum.

40 **I**n ipso primo cuiuslibet Conuictoris ingressu soluet ipse, si civis fuerit decem scuta, decem altera principio quinti mensis, reliqua decem principio noni mensis sui ingressus, sin autem externus, pro quolibet tertio tredecim scuta sex solidos cum octo denariis soluet, idemq; singulis annis obseruetur, debet autem præite obligatio cum idoneis fideiussoribus de soluenda dicta quantitate in dictis & præstitutis terminis, per eos ad quos.

quos dictæ quantitatis solutio spectabit, illa autem obligatio quolibet anno renouabitur, adiectis fideiussoribus alijs, si quos ante dederint, vel mori, vel abesse, aut alias bonis minui contigerit. Sed quantitatem prætaxatam, Conuictores, si quem per aliquod tempus abesse contigerit, integram illam soluere tenentur, nisi infirmitatis causa è Seminario curandi exierint, tunc enim vsq; ad diem sui egressus soluere tenebuntur, & non vltra, quousq; ad Seminarium sani redierint & incolumes.

DE TEMPORE PER QVOD IN
Seminario regulariter Collegæ
esse poterunt.

41 **C**Onuictores, qui suis sumptibus aluntur, vltra tempus quod eis placuerit in Seminario non debent distineri. Collegis tamē per septēnium in dicto Seminario cum semel recepti fuerint, manere conceditur, vbi alantur, erudiantur, & curētur ipsius Seminarij impensis, nisi aliud iustis de causis Domino Episcopo, videatur, vt superius ca. 38. refertur. Quod si è Seminario aliquem ex Conuictoribus aufugere contigerit, is diligenter conquiretur, & fideiussores, qui in talem euentum dati fuerint, præter vestes quæ sic fugienti auferentur, vltra supplicium quo transfuga plectitur, si quid fuerit suffuratus integre persoluent.

42 Septēnio cōpleto, si in dicto Seminario diutius manere voluerint Collegæ, ex stipendio Cathedræ, si quæ

fuerint naſti, vel aliunde ſe ipſos alant, taxatam Con-
 ſuetudinibus ſoluētes quantitatem, modo ſi ſiue nimia mul-
 titudine impedimento reliquis non ſint, in eodē Semi-
 nario bona Domini Epifcopi venia poterunt manere.

- 43 Illud præterea obſeruandum eſt, vt ſi quis ex Colle-
 gis durāte dicto ſeptennio Cathedræ alicui, cuiuſcumq;
 facultatis præfectus fuerit, ſubleuādi Seminarij cauſa,
 annuæ mercedis, vel ſalarij tertiam partem in Semi-
 narij vſum Oeconomio ipſius ſine vlla tergiverſatione
 aut diminutione perſoluit.

DE OECONOMO SYNDICO

& procuratore Seminarij.

- 44 **O** Economi ſyndici, vel procuratoris officium eſt,
 iura, reditus, proventus, fructus & obuentiones
 quaſcumq; ordinarias, & extraordinarias exigere col-
 ligere, & recuperare, & omnes exactiones, colleccio-
 nes, & receptiones in libro aliquo, quem inſcribet liber
 accepti & expēſi Seminarij Oſcen. ſcribet autē diſtin-
 ctis locis, ſeorſum nempe, & ſigillatim, ita vt in reddē-
 dis rationibus, quā facilimè in vnā ſummā omnia
 redigi poſſint, & ex ea deduci quod ſupererit Semina-
 rio ſoluendum, vel recuperandum, aut retinendum.
 Quin etiā præter hūc librū, fiat alius liber qui inſcri-
 batur, ſiue intituletur liber redituū Seminarij Oſcen.

- 45 Præterea ad Oeconomum ſpectabit Primario vel
 diſpenſatori Seminarij decimoquinto quoq; die, vel
 quolibet mēſe, prout Domino Epifcopo pro ratione
 expenſarum & rerum coëmēdarum videbitur, pecu-
 nias

nias & alia ministrare, quæ in sequentem mensem sumptui ordinario, vel extraordinario fuerint necessaria, triticum autem quantum sat videbitur, tertio quoque mense molendum exhiberi debet, singulas vero præstationes vel traditiones, tritici, vini, pecuniæ, & aliarum rerum necessariarum, scribere teneatur in libro accepti & expensi dicti Seminarii sua manu Primarius, vel dispensator quem librum penes se retinebit Oeconomus, tempore reddendarum rationum ut quæ dederit facile possit & expedite comprobare.

46 Primum igitur Oeconomus siue syndicus officium suum legitime obiturus, duos, aut tres fideiussores, quas fideiussoras vocat dabit, cum quibus ipse se obligabit ad rectam fidelemque reddituum Seminarii administrationem, restitutionemque omnium fructuum, quos penes se post redditas rationes, & post completum tempus suæ administrationis dimissionis eiusdem cessationis, remotionis, priuationis, aut alias resuntiationis remanere constituerit.

47 Quod si aliquæ lites pro exigendis, recuperandisque fructibus & redditibus motæ fuerint, illas Oeconomus per se, aut per substitutum à se nomine syndici, tam in agendo, quam in defendendo rueri, prosequi defendere & terminare debeat, impensis tamen dicti Seminarii per Dominum Episcopum, vel iudicem coram quo lis agitur, taxandis & iudicandis, nisi forte ob eius negligentiam oboriantur, quod vel incuria sua, vel ut alijs gratificetur 38. huius Seminarii ordinationem, siue statutum exequi & implere, aut

noluerit, aut suo periculo distulerit, quod litis & damni causam dedisse videatur, præsertim cum ex Seminario peculio, cuius ipse Oeconomus est, competens salarium pro exacta sui officij executione decreto Reuerēdissimi Domini Episcopi accipiat, refarturus, vel cōpensaturus, si quid eius culpa perierit.

DE REDDENDA RATIONE

ab Oecono. mo.

48 **O**economus singulis annis post die Inventionis sanctæ Crucis, in cuius honorē dedicatum est sacellum, potissima prædicti Seminarij pars, tertio videlicet die mensis Maij modo dies ille Dominica, aut festus nō sit, alioqui proximo qui fuerit profestus, teneatur reddere rationem perceptorum fructuum, reddituum & prouentuum, atq; etiā coram ijs, qui debebant eam accipere anno proxime elapso, quia ratione percipiendorum, annus incipit à die Inventionis sanctæ Crucis, vertenteq; anno die eiusdem Inventionis sanctæ Crucis terminatur.

49 Has rationes exiget atq; accipiet Dominus Episcopus assistentibus duobus Canonicis à Capitulo, totidemq; clericis à clero ciuitatis iuxta Tridētinam Synodum deputandis.

50 Et quoniā nemo tenetur proprijs stipēdijs militare, prædictorū Reuerēdissimi Domini Episcopi, duorūq; Canonicorū, & duorum de clero ciuitatis deputatorū, labor quē quisq; susceperit, pro examinādis & subducēdis rationibus aliquē cōsequantur fructū, vel perdicibus,

ibus, vel alijs munusculis pro cuiusq; quantitate à Domino Episcopo decernendis remunerabitur.

¶ DE LOCATIONE VEL REDEMPTIONE fructuum & reddituum.

51 **S**I necessariū videatur, vt bona redditus & fructus Seminarij redimantur, siue, vt vulgò dicitur arrēdentur, id minime fiat nisi præuia determinatione & decreto Dñi Episcopi. Nec id temere, hoc est nō cuiuis, nec quomodolibet, nec ad quoduis tēpus, sed voce præconia alicuius noti & fide digni præconis vel cursoris, & plus offerēti, cū onere tamen & obligatione soluendi, quarto quoq; mēse totū redemptionis cuiusq; anni precii. Id vero singulis annis per totū redēptionis & arrēdamēti trienniū obseruetur: quia vltērius quā triennio dicta bona locari nō licet, vel arrēdari, quod bona sint Ecclesiastica: locator præterquā quod exactis quatuor quibusq; mēribus totū cuiusuis anni precii soluere debet, teneatur dare fideiussores idoneos cum quib9 ipse se simul & insolidū obligare teneatur: Et ann9 dictę locationis, siue arrēdamēti incipiet currere à die Inuētionis sanctę Crucis, vt superius est expressum.

¶ DE NUMERO, DELECTV, QUALITATE & habitu familiarium.

52 **N**umerus familiarium recipiētorum pro quātitate & numero Collegarū & Cōuictorum per Dominum Episcopū designabitur, & in eis deligēdis magna adhibeatur cura & diligentia, à quibus si male morati

sint multa & admodum magna incommoda, non modo temporalia, sed etiam spiritualia, Collegio quamuis bene erecto atque instituto prouenire possint. Eoque expendantur prius, & probentur, quam suscipiantur. His viuis & ægrotis curationis officium prout Domino Episcopo, salariique portio, iuxta eorum ministerium ex Seminario exhibebitur studendi que tempus quantum commodè fieri poterit, post expleta, vniuersa domestica sua ministeria, quibus addicentur libere concedatur.

DE OFFICIO FAMILIARIUM.

83 **I**dem autem familiares Seminarii Primario, Magistro, Collegis, & Conuictoribus, ad mensam inseruiunt, eisdemque seruitia præstabunt manualia, vniuersam, domum suo tempore verrent, & scopis emundabunt, mensas component, victualia, cæteraque domui Collegis & Conuictoribus necessaria mercabuntur, atque ea iam empta ad Seminarium portabunt. Illud etiam seruabitur inter eos, ut antiquiores & studiosiores ex eis, minus grauentur, expeditius studio literarum vacaturi, iisdemque honorificentioribus officijs deputabuntur. Qui tandiu in Seminario retineantur, donec & eorum laudabile studium, morum probitas, & officiosa inseruiendi alacritas exposcet. Exigendi alioqui & pellendi, præeunte iudicio Reuerendissimi domini Episcopi.

SEMINARIJ OSCEN.
DE IANITORE VEL
ostiaro.

27

54 **I**Anitoris siue ostiarij officij, qui egressus introitusq; videre & obseruare debet, prouedoris lit aratis, & bene moratus. Claudat is & aperiat ianuas Seminarij, non tamen pro sua voluntate, sed statutis per ordinationes Seminarij eiusq; Primario tēporibus, ac proinde per totum diem sint clausæ, pateant autem Collegis & Conuictoribus, vel ad suas lectiones egredientibus, vel ab eisdem auditis reuertentibus, nec quenquam Collegarum & Conuictorum exire finat. Dum verò missa celebratur, dum pranderetur, aut cœnatur, ipsaq; etiam hora quæ à prandio, vel cœna recreandis animis, corporibusq; tribuitur, omnino claudantur, quin prius de ipsius Primarij expressa, vel verbo, vel scripto facultate & licentia sibi constiterit. Eademq; clausæ sint perpetuò toto anni tempore à sonitu campanæ vespertino, vsq; ad sonitum campanæ matutinum, idest, ab orationibus vespertinis, vsq; ad orationes matutinas, nisi aliud necessitas fieri suaserit. Huic victus ex Seminario, salarium vero arbitrio Domini Episcopi statuetur.

DE OFFICIO COQUI.

55 **C**Oquus, quæ cōmedenda erunt parabit & condiet, eadēq; per dispensatorem diebus singulis pro qualitate temporis paranda suggerētur & ministrabūtur. Huic præter victum merces per Dominū Episcopum constituetur. Vestibus autē familiaribus fusci coloris, qui burel vulgò dicitur, tūc demum exhiberi poterit,

quædō

quando auctiores fuerint ipsius Seminarij reditus, vt eos auctum iri Dei beneficio, pro ea, quæ in Seminario pietate & doctrina exercetur, cōfidimus. Eoq; interim merces aliqua præbebitur, pro ratione sui laboris & ministerij Domini Episcopi arbitrio.

DE OFFICIO DISPENSATORIS.

56 **D**ispensatoris officium sit omnia ad esum & potū necessaria, curare emenda, & in promptu habere si per se ipsum commodè præstare non possit, præstetur, per familiares, vt prædicitur, id Primarius Oeconomo: Si is abfuerit, cui volet familiari præcipiet.

DE PORTIONE PRIMARIO, COLLEGIS, CONUICTORIBUS, & FAMILIARIBUS, CÆTERISQ; DOMESTICIS, assignanda.

57 **D**ominus Episcopus pro singulis diebus ad prandium & cœnam Primario, Collegis, Conuictoribus, & familiaribus, cæterisq; qui sedulam ministerijs Seminarij operam dabunt portionem pro ipsius Seminarij reditibus, & omnium qualitate, iuxta tēporis varietatem assignabit, quam portionem nemini fas sit extra refectorium comedendam, aut alias consumendam, nisi infirmitatis causa petere, nec nisi de expressa Primarij licentia cōcedatur. Vt vero ea res plenius explicetur, portio siue cibus diurnus, vel victus vniuersi-

cuiusq; diei, sic præter panē & vinū his qui fuerint in Seminario in obsoniū siue pitāzam quā vocāt, ministra-
bitur, vnicuiq; Collegæ, siue Cōiuctori quinq; nūmī,
cuiq; autem familiari, atq; etiam ianitori quatuor nū-
mi, siue carnibus, siue piscibus, iuxta præscriptum Ec-
clesiæ, sit vēscēdum. Primario autem & Magistro Se-
minarij duplicabitur, portio, quæ Collegis & Cōiucto-
ribus assignatur. Quod ad panē attinet, qui iuxta Psal-
mographum, cor hominis cōfirmat, tantum præbebi-
tur ad prandium & cœnam, quantum suffecerit. Sin-
gulis autem diebus pro principio & fine mensæ, si Pri-
marius, Magister, Collegæ, Coniuctores, & alij nume-
rum quadragenarium effecerint, diebus singulis, duo
solidi ad fructus aliaq; id genus pro temporum diuer-
sitate & abundācia corū, vel penuria cōmēda, præter
succidiā vel suillā, quæ ex penu suppedabitur, infumā-
tur. Si vero pauciores illi quadragenario numero, vel
plures fuerint, vel auferatur, vel addetur duobus so-
lidis pro ratione augmenti eorum, vel diminutionis.
Quod autem ad ientaculum ipsorum attinet, hoc ob-
feruabitur, vt libra panis inter quatuor diuidatur.
Cumq; vnus panis dimidiatā habet librā, in duos pa-
nis vnus, vel Collegas, vel Coniuctores distribuatur.

DE LOTRICE ET RE-
fartice.

58 **L**otrix, syndones, mappas, mantilia, subuculas, lin-
teola & alios pannos immundos lauare tenetur,
Cui pro labore condigna merces per Dominū Episcop-

ORDINATIONES

39
 pum, vel eo iubente per Oeconomum statuatur, Huic
 si id facere nouerit, dissutos & ruptos pannos refarcien-
 dos Primarius tradi iubebit, quod si facere nescit, alij
 tradetur, mercesq; ei assignabitur. Quæcumq; autem
 lotrici lauanda, vel refartrici reparanda tradentur,
 non nisi scripto notata comendentur.

DE VISITATIONE.

59
 IN mēſibus Decembri & Maio annis ſingulis Semi-
 narium, & eius perſonæ per Dominum Episcopum
 uifiſtabuntur, à quo tam quæ ad domus miniſterium
 & regimen, quàm quæ ad mores habitantium in Se-
 minario reformandos & componendos pertinebunt,
 diſquireret, corrigeſet, ſeuereq; caſtigabit, & ſalubriter cõ-
 ſtituet.

DE ARCHIVO.

60
 Dominus Episcopus Archiuum aliquod in dicto
 Seminario in abditiore tutioreq; loco fieri iube-
 bit, & in eodem ſtatuta, iura, priuilegia, bullæ, ſcriptu-
 ra, documenta omnia & inſtrumenta dicti Seminarij
 reponantur. Illudq; tribus ſeris & clauibus occludetur.
 Harum vnam Dominus Episcopus, aliam primarius,
 tertiam Oeconomus, vel cui Dominus Episcopus tra-
 dendam ſtatuert, penes ſe retinebunt, & cuſtodient.
 Cui aperiundo vel occludendo, idem tres adſint, niſi
 morbi, aut grauioribus fuerint negotijs impediti. Id
 vero ubi vel quid reponendum, vel proferendum ſit
 fide-

fideliter, bonaq; fide transigatur, adhibito Seminariorum Notario, vt notet, tum quæ includuntur, tum quæ extrahantur, ne quid eorum depereat, apud quem clenches, siue memoria eorum manebit.

DE INVENTARIO RERVM SEMINARIJ FACIENDO.

61. **V**Num inuentarium iubeat Dominus Episcopus fieri de omnibus vasis, ornamentis supellectilibus, & vniuersis alijs rebus mobilibus dicti Seminarij, per quod & Primario ingredienti bona Seminarij commendentur, & in visitatione eadē bona ab ipso requirantur & visitentur.

DE REPETITORE ET MAGISTRO CANTUS.

62. **Q**Voniā vero hypodidascales aut magistro puero-
rū Seminarij opus est D. Episcopus quā breuissime poterit si electi iam defecerint substituendū curabit ac talē cū ipse sit docturus, moderaturus, & comitaturus Collegas ipsos & Cōuictores, vt nulla suspicio sit ab eo ipsos aliquo aspersū iri vicio. Comitabitur ergo magister Collegas & Cōuictores ad humaniorū literarum Gymnasium digredientes, eosdemq; auditis lectionibus, completisq; suis exercitijs ad Seminarium compositae reducet. Vbi vero ad audiendas contiones, publicosq; actus fuerint exaturi Primarius & Magister præeunte ianitore comitabuntur. Cum vero in Cathedrali alijsue Ecclesijs parochialibus, vt
eisd. m

ORDINATIONES

37
eisdem cum cottis siue superpelliceis fuerint serui-
turi, eundo, in diuinis officijs inseuiendo, ac redeundo
eam præferant modestiam, animiq; cõpositionem,
quæ alumnos decet eiusdem Seminarij, alioqui pro
culpa à Primario castigentur. Idem vero seruetur in
eligendo, cum opus fuerit magistro cantus, viriq; au-
tem cõdigna merces per eundem Dominum Episco-
pum assignabitur.

¶ CVM SVBINDE CARITATE AN-
nonæ hic laboretur, nimisq; Seminarij reditus sint te-
nues, alia quæ ad Seminarij conseruationem sunt
necessaria iuxta c. 18. Sess. 23. sup-
peditentur.

63 CVM frequenter annonæ caritate hic laboretur, &
Cea sint reficienda quæ in Seminario ruinâ minantur,
multaq; in eodẽ sint addenda, vt Nosocomiũ, nõnul-
laq; necessaria mäsiones, ac pleraq; alia, nec valde te-
nues ei9 redit9 sufficiant, quæ ad eorũ supplementũ sunt
necessaria, Domini Episcopi arbitrio, iuxta 18. c. Sess. 23.
Tridentina Synodi adhibitis horsum personis, vt ipsa
præcipit, ex Episcopali, Capitulariq; mäs, alijsq; Ec-
clesiasticis fructibus detrahantur & applicentur. Præfer-
tim cum Collegarũ, Cõuictorũ, atq; officialiũ eiusdẽ
Seminarij numerus, cum magno christianæ Reip. cõ-
modo quotidie augeatur.

¶ DE P O E N I S.

64 E Xperiẽtia, quæ merito mater rerum dicitur, aper-
te docet, nullare, quemlibet hominum cæcum &
con-

congregationem in pace, veraq; concordia commodius posse cōseruari, quàm exacta iustitiæ administratione, obseruationeq; Ecclesiasticę disciplinę, qua vniuersi in officio contineri debent, vt quos virtus in officio continere non potest, opportuna reprehensione, & vbi opus fuerit, supplicio à suis improbiore summoveantur delictis, quorum cum leuiora sint alia, alia grauiora, leuiora quidem Primarius, vel reprehendet, vel castigabit, grauiora autem, vel atrociora, Reuerendissimi Domini Episcopi orbitrio referentur cognoscenda & castiganda, vt illis pro grauitate delictorum castigatis, cæteri timor ē habeant, alienaq; pœna & supplicio sapere discant, & sint ad improbitatem cunctantiores, sed de his explicatius sequenti capite tractabitur.

- 65 Leuiora delicta Collegarum & Cōuictorum, cuiusmodi sunt, iniuriæ verbo non admodum petulanti illatæ, factq; non valde contumelioso Primarij arbitrio coerceantur & castigentur, immoderatus edendi, bibendi, & obloquendi in mensa & in cubiculo excessus, sermonis præcipitatio, & impuritas, nō modo cum domesticis, sed etiam cum externis, ludus, quoq; occultus, atq; etiam publicus, non solum domi, sed etiam foris, immoderatus risus, maledicentia, ac potissimum subfanatio, vel irrifio, qua Collegarum, vel Cōuictorum quemquam, aut domesticorum traducant & insectentur, mentiendi, ac iurandi abusus, quo ad periurandi vitium disponuntur, atq; inclinantur, familiarius quidem, sed seuerius per Primarium re-

primantur. Quod si effrenata horum licentia augetur, etiam fustibus, aut verberibus, aut iniectiois in neruum pœna, aut vnius subtractione portionis, vel plurium, relicto solum pane & aqua coerceantur & castigentur. Grauius autem impudentiusq; peccantes, grauius seueriusq; pro culpæ qualitate punientur, ac potissimum ij, qui inobedientia quapiam contemptu, vel rebellione in suum insurrexerint Primarium aut Magistrum, quibus obedir, eosdemq; vt parentes obseruare debent & venerari. Crescente autem delinquentium contumacia, si priora remedia non profuerint, Reuerendissimi Domini Episcopi iussu arceantur, & vt incorregibiles ex ipso expellantur Seminario, vt immedicabile vulnus ense recindatur ne pars sincera trahatur & contaminetur.

- 66 Familiarium & aliorum ministrorū delicta sic puniantur, vt si iterum & secundo moniti per Primarium à delicto desistere noluerint, è Seminario in perpetuum sine vlla redeundi spe primo quoque tempore eijciantur.

DE POENA PORTANTIVM ARMA & PERCUTIENTIVM, & AD PERCUTIENDVM CAPIENTIVM.

- 67 CVM nulli fas sit in Seminario arma habere, si illa quod absit aliquis habuerit, vltra perditionem armorum, in eum Primarius suo arbitrio animaduertet. Quod si Collegam, Conuictorem, vel alium quēpiam

piam aliquis, vel cultro, vel alijs armis percusserit, ita ut ex ictu aliqua sanguinis copia profluxerit, omni iure quod habet in Seminario priuetur, & ab eo protinus expellatur. Si vero ad percutiendum arma sumpserit, per unum mensem Seminario priuauitur. Is autem animo percutiendi sumpsisse arma dicitur, qui statim post verba contumeliosa, arma rapuerit.

¶ DE POENA TRANSGREDIENTIUM
mandatum Primarij sub pœna
præstiti iuramenti.

QVI mandatum Primarij sub pœna præstiti iuramenti contumaciter transgredientur, ij si Conuictores fuerint, pœna vnus libræ pro vice qualibet punientur quæ de portionis precio retinebitur. Si vero Collega, vel familiaris per tot dies in pane & aqua punietur quot satis esse ad iustam eius contumaciam & inobedientiam reprimendam, castigandamq; Primario videbitur.

¶ DE POENA EGREDIENTIUM
per fenestras aut sæpta.

89 Siquis clausa post salutationem beatæ Mariæ ianuam, per fenestram, sæpta, vel alias è Seminario exiuerit, his, vltra pœnam periurij quam ipso facto incurret, omni iure quod in Seminario habet, priuatus, ab eodem protinus expelletur, quod si ipse Pri-

marius hoc scienter permiserit, vel alicui claves ad egrediendum de nocte porrexerit, quod minime credendum est, is simili pœnæ subiacebit, acrius etiam puniendus, si ita Domino Episcopo videbitur. Claves autem ipsius Seminarii, foribus eius post prædictam beatæ Mariæ salutationem clausis, Primario ianitor fideliter exhibebit, easdemq; mane ab eodem repeter, vt eas ipsas fores aperiat, easdem diligenter obseruaturus.

DE POENA OBTRACTANTIVM
 vel contradicentium Primario & Magistro, secretaq; Collegij enuntiantium.

70 **S**I quis Collega, Conuictor, vel familiaris propter Siniunctam sibi pœnitentiam pro delicto, detraxerit, vel obtractauerit Primario, conquerendo, vel dicendo quod est iniusta, vel magna pœna, vel alias, eidem duplicetur. Qui vero Seminarii secreta, quæ magni ipsius Seminarii referant, non diuulgari: alicui enuntiauerit, absq; consensu Primarij, ipso facto si Conuictor sit, præterquam quod è Seminario pelletur, quod supererit de pecunia anticipata à die delicti commissi, vsq; ad aliam solutionem per eum faciendam Seminario, totum id penes Seminarium remaneat. Si vero Collega, vel familiaris, re planè cõperta continò è Seminario, eijciatur. Quod si de qualitate secretorum sic enuntiatorum dubitari contige-

tigerit, Dominus Episcopus dubitationem eiusmodi declarabit, & pœnam in sic delinquentes infligendam Primario denunciabit.

¶ DE POENA PRIMARIJ STATURA obseruare negligentis.

71 **S**I Primarius statuta Seminarij, quod absit, vel ipse non obseruauerit, vel vt ab alijs non obseruetur, cõnixerit, vel perniciofa dissimulatione permiserit, vel contra ipsorum statutorum formam & rationem aliquid fecerit, vel etiam consenserit, vel bona Collegij quæ eidem tradentur custodienda, vel expendenda male administrauerit, vltra pœnam periurij, si talis fuerit eius culpa, iudicio Domini Episcopi, vel è Seminario continuo denegata sibi mercede & salario expelletur, vel pro criminis qualitate per aliquot dies arbitrio Domini Episcopi in Seminario, vel extra pœnitentiam aget in pane & aqua, quam pœnitentiam si subire recusauerit ipso facto absq; vlla spe redeundi proicietur, denegata similiter, quæ sibi debetur, mercede.

¶ DE TEMPORE QVO PESTIS vel epidemia grassari cœperit in vrbe Oscensi, si fortè contigerit.

72 **E**T quoniam humani casus, quatenus homini datum, & prouidè sunt considerandi, & diligenter

præcauendi, si vel propter hominum delicta, vel quod
 Deus voluerit, pestilentia, aut morbus contagiosus ci-
 uitatem hanc inuadat, populariterq; grassetur, quod
 Deus auertat, periculumq; sit Primarium, ac reliquos
 diutius in Collegio diuersari, tunc demum Episco-
 pus cum prædicto consilio, aut cum eodem Primarius
 ipse, si Episcopum abesse contigerit, adhibito etiam
 ad id deliberandum Seminarij procuratore, locum
 eligat quam proxime urbem poterit, aut vt commo-
 dius videbitur, sua tamen natura salubrem & ab ho-
 minum frequentia remotum, in quem relicto domi
 familiari vno, vel alio quopiam, vel duobus, qui fide-
 liter domum custodiant, quo, lecti, cæteraq; domus
 utensilia, quibus vti opus fuerit conueantur, vt in eo
 quoad eius fieri poterit citra vitæ discrimen Prima-
 rius & institutor, cum collegis qui eos sequentur, ma-
 nere & studia sua promouere valeant. Idemq; perin-
 de in secessu alantur, atq; in Seminario ali consueue-
 runt, donec transeat iniquitas, & popularis morbus
 defuerit. Nec fraudi sit illis, quos vel parentes, aut
 consanguinei iussu suo apud se, eius periculi tem-
 pore, detinuerint quod Primarium suum non sequan-
 tur, petita tamen licentia ab eo, aut re saltem cum
 eodem communicata, modo ipso cum alijs in Col-
 legium reuertentes, ipsi quq; reuertantur. Nec oport-
 rebit eos qui aut Primarium sequantur, aut alio pa-
 rentum iussu diuertant, exterioribus vestibis vti,
 quas vulgus lobas vocat, sed illæ, maximè Collega-
 rum in tutum reponantur locum, aut in Seminario,

 aut


aut extra, loco autem prædictarum vestium exteriorum, poterunt illis ex rudiore panno, quem burel vocant, longiores vestes confici, quibus in peregrinatione, & in Seminarium reuerli, in eo vti poterunt, vt commodiùs, ita minore cum dispendio. Quantum vero ad Primarij, reliquorumq; reuersionem attinet, hoc potissimùm ex Domini Episcopi præscripto sequantur, vt neq; abeundo ex vrbe postremi, neq; ad eam reuertendo, sint primi. Et vt cætera omnia quæ ad pleniorẽ commodiorẽq; Seminarij constitutionem pertinebunt, pro rerum qualitate & opportunitate temporum, Domino adiuuante prouideri poterunt & ordinari, ita & quæ ad commodiorẽ Seminarij, non modo salubri, sed etiam periculoso tempore conseruationem spectabunt, immensæ Dei Opt. Max. misericordiæ & prouidentix committi debet, ex qua vniuersi pendere debemus, quod ea in sui dispositione non fallitur.

Pc. Fr. Episcopus Oscen.





**IL-
LUSTRIS ET RE-**

VERENDISSIMI D. PETRI
 Fragi Episcopi Oscensis supplicatio, & S. Cong. octo
 Illustris. Cardi. super eius supplicatione responsio &
 censura. Rescriptum etiã S. D. N. quo prædicto-
 rum. DD. Cardi. censura confirmatur & vera atq;
 irrefragabilis. 18. ca. Sess. 23. Tridentinæ Sy-
 nodi de Seminarij erectione & guberna-
 tione obseruatio decernitur
 atq; præcipitur.

REVERENDISSIMO DO-
 mino vti fratri Domino Episco-
 po Oscensis.

REVERENDISSIME DO-
 mine, Petijsti à sacra congregatione
 Cardinalium qui Tridentini Conci-
 lij interpretationi præsumt per libel-
 lum qui est cum his literis, declarari
 ca. 18. Sess. 23. super modo erigedi &
 gubernandi Seminarij. Ea autem respondit, prout in
 calce

41
calce eiusdem libelli adnotatum. Amplitudini tuæ
mittitur. Quam bene, ac feliciter valere optamus.
Romæ die 10. Augusti. 1581. Amplitudinis tuæ vri
frater Phi. Cardi. Vastadillanus.

ILLVSTRIS SIM E T

Reuerendissime Do-
mine.



I C E T iuxta sacri concilij Tridē-
tini decreta Seminarium puerorum
Ecclesiasticum, & omnia illud con-
tinentia ab Episcopo cum consilio
duorum Canonicorum seniorum &
graviorum ab eodem Episcopo eli-
gendorum constitui, & sub illorum cura tantum gu-
bernari debeat, nihilominus tamen Capitulum & Ca-
nonici Ecclesiæ Ofcen. tanquam Episcopo suo infesti
& rebelles eundem Episcopum in rebus dictum Semi-
narium concernentibus spernunt. Et dum ipse Episco-
pus se in ipsis intromittere vult, id exquisitis inuentioni-
bus & impedimentis, ac sub prætextu quod ipsi pro-
tectores sunt Seminarij, impedire nullatenus verentur
in non modicum suæ dignitatis Episcopalis spre-
tum. Quapropter dictus Episcopus supplicat humili-
ter sibi de opportuno remedio prouideri ex interpre-
tatione ca. 18. Sess. 23. dicti concilij, in quo modus Se-
minarij extruendi & gubernandi describitur. Nam

ali-

aliter defacili Seminarium prædictum, & omnia ad ipsum spectantia sunt peritura.

CONGREGATIO concilij cõsult ex decreto ca. 18. Sess. 23. vers. Quæ omnia Episcopus cum consilio deputatorum teneri tam circa institutionẽ, disciplinam & mores clericorum, quam circa tẽporalium rerum administrationem & alia omnia quæ ibi exprimuntur providere, sufficere tamen quod Episcopus eiusmodi consilium requirat, eorumq; consilio adhibito posse Episcopũ statuere & deliberare, quæ pro prudentia sua magis expedire iudicauerit, ex actionẽ vero quæ fit pro Seminario ad solum Episcopum spectare. A tergo vero decisionis, Illustrissimo & Reuerendissimo D. Cardi. Carraxæ pro Episcopo Oscan.

VENERABILI FRATRI
Petro Episcopo Oscan.



REGORIVS Papa. x l i i i.

Venerabilis frater, salutẽ & Apostolicam benedictionẽ. Exponi nobis nuper fecisti quod alias tu Seminarium iuxta doncilij Tridẽtini dispositionẽ habito prius tractatu, ac requisito consilio duorũ Canonicoꝝ grauiorũ & seniorũ, ad id electorũ erexisti, quamuis nedum duo Canonici præfati, sed & omnes Canonici & Capitulũ reclamare nõ cessarint, asserẽtes nõ tantũ eorum consiliũ, sed cõsesum fore requirendũ. Cominãtes omnia in erectione & in-

Institutione Seminarij sine eorū cōsensu facta reuocari
 & annullari facere. Dum autē hęc agerentur tu morbo
 graui correptus & in mortis periculo cōstitutus cui-
 dam assertæ concordie per Canonicos & Capitulum
 factæ, saluo tamen nostro & sedis Apostolicę benepla-
 cito consensum præstitisti & iuramēto firmasti. In
 qua inter alia cauebatur quod ex duobus Canonicis per
 Episcopū ex dispositione concilij Tridentini eligendis
 vnus tantū electio ad te & alterius ad Capitulū specta-
 ret, & electi amplius reuocari nō possent imò nulla ra-
 tione esset locus nouę nominationi & electioni, nisi per
 cessum, vel decessum, aut aliud impedimentū munus
 & ministerium huiusmodi vacare cōtingeret, quodq;
 Collegę in dicto Seminario admittēdi alternatim, per
 te, & deinde per Capitulum admitti, & exinde nisi etiā
 de cōsensu Capituli expelli nō possent, & tā p̄uisio re-
 petitorū & p̄positorū quam illorū remotio, ac omnia
 ad regimē & administrationē Seminarij cōcernētia de-
 beant, de cōsensu Decani & Capituli & nō aliter fieri.
 Verū statim postquam tu à morbo respirasti, cōcor-
 diam huiusmodi tāquam decretis cōcilij Tridēntini cō-
 trariā & in multis etiā Seminario dānosam reuocasti,
 Cōgregationemq; cōcilij Tridentini consuluisti quo-
 modo deberet intelligi illud verbū cōsiliū, & fuit decla-
 ratū quod esset requirendū non tamē necessariò sequē-
 dum. Et ex actionē quę fit pro Seminario ad te solū spe-
 ctare. Et licet sicut eadē expositio subiungebat ea quę
 cōtra bonos mores & decreta cōcilij Tridēntini paciscū-
 tur etiā quod iuramēto firmentur non teneant, nec sint

obseruanda, & propterea tu firmiter credas quod noi.
 obstante dicto iuramēto & cōcordia, potes adhibito tā
 tum cōsilio & sine cōsensu Capituli ea quæ in dicto de
 creto statuuntur obseruari & exequi facere. Nihilomi
 nus ad omne dubium tollēdum nobis humiliter sup
 plicari fecisti, quatenus tibi in præmissis opportune pro
 uidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igi
 tur te specialibus fauoribus & gratijs prosequi volētes,
 statumq; & merita causæ & causarū, ac concordie hu
 iusmodi & aliorum hic necessariò exprimēdorum te
 neres & formas præsentibus pro plene & sufficienter
 expressis habentes, huiusmodi supplicationibus incli
 nati te à dicto iuramēto & illius viribus in omnibus &
 per omnia Apostolica autoritate tenore præsentium ab
 soluimus & liberamus, ac decernim⁹ quod illo & dicta
 concordia minime obstātibus possis ad executionem
 & obseruationem contentorum in dicto decreto iuxta
 formam dictæ declarationis cōgregationis etiam per
 censuras & pœnas contra rebelles & inobedientes, ac
 contradicētes quoscumq; arbitrio tuo infligēdas pro
 cedere præmissis & constitutionibus & ordinationibus
 Apostolicis stillo Palatii cæterisq; contrariis nō obstā
 tibus quibuscumq;. Dat. Romæ apud sanctum Mar
 cum, sub annulo Piscatoris, die decima tertia De
 cemberis, millesimi, quingentesimi, octua
 gesimi primi. Pōtificatus nostri
 anno decimo. P. Rius,
 V. Cosseta.

MARTINVS
DAYSA CANONI-
CVS IACCEN. ILLVSTRI

valdeq; reuerendo Domino Augustino
Perez Cæsaraugustan. Me-
tropolis Cano-
nico, S.

DAVCIS abhinc diebus reuerēdis-
simum dominū Episcopum meum,
Oscam Iacca ad tractanda quædam
negocia proficiscentem comitatus,
doctissimum ac perinde optimū Præ-
sulem dominum meum Petrum Fra-
gum, pietate, qua illū, dum noster esset Antistes, ac per-
petuò colui, coloq; ægrotantem quidē, sed melius iam
Christo gratia, habentem inuisi. Cumq; multa me de
nostræ Iaccensis Ecclesiæ constitutione, & ego ipsum
de hac Oscensi vicissim essemus percontati, pro singu-
lari sua erga me beneuolentia, suæ ipse me aduersa
valetudinis progressum, & meditationem quandam
qua ipse in laboribus suis mirificè recreatur, fa-
miliariter comunicauit. Ex cuius verbis admirabi-
lem ipsius in tolerando acerbiorē suo, ac periculo-
siorē morbo patientiam, singularemq; eius in Deum

pietatem & obedientiam agnouit. Quam mihi cum legendam vehementius supplicanti, lubenter concessisset, simulatq; accepi, non solum describendam, verum etiam, eo quamuis inconsulto, typis excudendam, in magnum ægrotantium afflictorumq; solamen & edificationem curavi, eo compendio usus, necum ad te, nonnullosq; alios diuersis eam exemplis descriptis essem missurus, eisdem describendis defatigarer. Mitto igitur ad te duo eiusdem exempla, ne conquiri possis, nihil me tibi ex huius ciuitatis nudinis mittere velle. Eam vero mitto, qua nihil eruditius, nihil ad pietatem salubrius, nihil deniq; palato tuo spirituali tam delicato credam dulcius posse inueniri, aut excogitari. Bene vale

Oscæ. 12. Calend. No-
uembri,

1582.



EUCARISTICA MEDITATIO, QVA OSCENSIS

Episcopus antelucana vigilia à morbo conualecēsa, sacris B. Martini Pont. solēnibus, Deo Opt. Max. B. Andreæ apostolo, aduocatoq; suo valdè propitio, reliquitq; calicibus, clero suo populoq; tibi charissimo, pro sanitate diuino tibi beneficio restituta quam maximas potest gratias agit, cuius exordium, primus est, Psalmi. 72. versus, Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Is vero Psalmus primum quidem vehemētem, ac periculosam iusti de Dei providentia fluctuationem continet, iuxta illud Hieremix. 12. Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecū, verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur bene est omnibus qui prauaricantur, & inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt &c. Postremo autem tranquillam eiusdem plenissimamq; diuinæ sapientiæ notitiam animiq; consolationem habes.

✱

Pfal. 72. **Q**uam bonus ipse Deus rectis: mēs nostra voluntas
Hiere. 12 Cur premitur iustus? cur malus vsque viget?
Scrutamur stultè an media atq; nouissima rerum
Nostrarum certò respicit ipse Deus?

Pfal. 93. Non audit plantas aurem: aut considerat ille,
Qui propria finxit lumina nostra manus?

Hebr. 4. Omnia sunt oculis, quæ cælum & terra recondunt
Inferaq; omnino nuda & aperta Dei.

Pfal. 40. Sustineamus eum ò miseri: versauit is omni

Aug. De^o Vt iudex grauior febre cubile meum.
iudex est Castigans siquidem, me castigauit, at ipso
nobis cū Sic castigatum duxit ab interitu.
peccam^o

Pater cū Sin placet, vt totos ignis mihi concremet artus,
bene agi Sitq; meo in luteo corpore nulla quies,
mus. Quandoquidem occidis, facias vt viuere, quin, &
Deu. 32. Percutis vt sanes, quos vehementer amas:

Vrito me hic flammis, gladijs meq; ipse secato,
Si disciplina vis mihi crescat onus.

Abac. 3. Putredoq; meis scateat iam ex ofsibus imis
Parcere in æternum dum mihi Chrifte velis.

Tu tamen vt pater es, blandè mea vulnera curas
Dum medicam ægroto porrigis ipse manum.
Hoc modò sum expertus: stomachũ exonerare necesseũ
Quòd fuit, & stomachum pròtinus exonerat.

Lassus erat, minimeq; tenax: inducis orexin,
Vt cibus & potus sint mihi grata nimis.
Peruigiles adigor morbo consummere noctes,
Diuino placidus munere somnus adest.

Hebr̃ 1. O, Chrifte, ò Patr̃s, qui vera existis imago
Cumq; parente tuo tam mihi fautor ades.

Quo mihi maiorem meritis tam sponte salubrem
Fertis opem, sanus gratior esse volo.

Quin etiam Andrea, memorem, & sine fine clientem.
Intercessor habes: qui tibi dona ferat.

Quas, reliqui, ò diui, grates queo soluere vobis:
At, cuncto vester tempore cultor ero.

Quid clero ac populo Antistes, dignum ipse repẽdam
Pro votis precibus, queis mihi parca salus?

Quid medicis, alijsq; animæ queis cura parentis
Ad fuit: Hos merces quam pretiosa manet?

Oscæ. 3. Id. Nouum. 1582.

August.
Hic vte,
hic seca,
vt ineter
num, par
cas.

